



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117816

§. 2. Epistolæ Canonicæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66052)

§. II.

Sæculum V.

A. C. 444.

Epistolæ Canonicae.

Duæ nobis supersunt Epistolæ S. Cyrilli, ad Domnum, Episcopum Antiochenum, datæ, quæ non alio, quam ultimo vitæ suæ tempore scribere potuit, cum annos tantum quatuor Electioni Domni supervixerit. Prima scripta, ut Athanasio Episcopo Perrhano patrocina-retur, & posteriori tempore is Concilio Calcedonen-si recitata. Altera Episcopum, cui nomen Petrus, tuetur; senex is erat, *ibid. p. 209.* qui se, reconciliationis extortæ specie, inaudi-

man hat sich blindlings auf ihn bezogen; wie denn in den barbarischen Zeiten Thomas Aquinas aus seinem Buch: der Schatz, genannt, eine Stelle von der Auctorität des Römischen Bischofs angeführet, die schlechterdings nicht darinn angetroffen wird. Was dieses für eine Stelle sey, saget er nicht, ob er aber werth sey, daß man ihm einen Glauben beylege, kann der Wahrheit liebende Leser aus dem erkennen, daß dieser Uebersetzer schon in seiner Vorrede zum ersten Theile auf der 20. Seite eine schändliche Unwahrheit von dem Heil. Thomas hingeschrieben, seine Worte sind folgende: ja er gieng so weit (der H. Thomas) daß er behauptete, wenn auch Christi Genugthuung nicht dazwischen gekommen wäre, daß dennoch ein Mensch, der Liebe hätte, Gottes Gerechtigkeit befriedigen könne.
Nun

Sæculum V.
A.C. 444.

inauditum, damnatum, Sede sua ejectum, & bonis suis spoliatum, querebatur, accusationis summa fuit, quod Ecclesiæ sue redditus pessumdedisset. Ad hæc S. Cyrillus dicit; ad hujusmodi rationem reddendam Petrum non teneri, causam hanc ad omnes Mundi Episcopos pertinere, etiamsi enim Ecclesiæ suæ bona immobilia, & mobilia pretiosa conservare deberent, ipsis tamen liberam proventuum administrationem competere. Denique nullam abdicationis rationem esse habendam, quæ metu, & contra Ecclesiæ leges esset extorta. Si quis Episcopus Ministerio dignus esset, maneat, si indignus, servata forma Judiciali deponatur.

ibid. p. 211.

Cum Abbates in Thebaide libellos misissent, indicantes, ordinationes contra

Can-

Nun lehret der Heil. Thomas, in Summa p. 2. q. 1. art. 2. gerad das Widerspiel. Es heisset: *Alio modo potest dici Satisfactio hominis esse sufficiens imperfecte, seu secundum acceptationem ejus, qui est ea contentus, quamvis non sit condigna; Et quia omne imperfectum præsupponit aliquid perfectum, a quo sustentetur, inde est, quod omnis puri hominis Satisfactio efficaciam habet a Satisfactione Christi.* Daher, sind des h. Lehrers letzte Worte: kömmt es, daß eines jeden Menschen Genugthuung ihre Kraft von der Genugthuung Christi entlehne. Das ist nun der Gegner eines Heil. Cyrillus, und eines Heil. Thomas.

Canones fieri, S. Cyrillus ad Episcopos Lybiae, & Pentapoleos epistolas dedit, A. C. 444. eisque præcipit, ut in vitam ordinandorum exacte inquirant, an coelibes essent, an uxores haberent, & a quo tempore, an ab Episcoporum aliquo fuissent exclusi, aut quodam Monasterio pulsati, ut non nisi viri liberi, & irreprehensibiles ordinarerentur.

§. III.

Epistola S. Leonis ad Dioscorum.

Sancto Cyrillo in Sede Alexandrina successit Dioscorus, ejus Archidiaconus, de cujus virtutibus præsertim modestia, & humilitate apud omnes ingens erat opinio. Uxorem non duxerat; in ipso Episcopatus exordio populi Alexandrini amorem eo sibi conciliavit, quod Pistoribus, & Cauponibus mutuas pecunias sine usura dederit, quo panem candidum, & vinum generosum vili pretio plebi vendere possent. At vero ferebant, ipsum, ut pecuniæ ad præstandum hoc Beneficium suppeterent, easdem a S. Cyrilli Hæredibus, quos fœde calumniatus esset, extorsisse. Possidonium Presbyterum Romam misit, qui S. Leonem Papam de ejus ordinatione certiore redderet; is respondit data epistola vigesima prima Junii anno 445. quædam observanda monet, ut æqualis ubique Disciplina vigeret,

Theod. epist. 60. Liberat.

c. 10.

Epist. II. al. 81.

Hist. Eccles. Tom. VI.

Bb

di-